

illis dispositionis; Lara de univers. cap. 21. num. 34. ubi de legato facto puellis Toletanis, Gratian. dec. Mar. ch. 96. num. 1. & sequenti. ubi de legato pro maritandis puellis Fanensibus, Ventrigl. prax. for. eccler. tom. 1. annot. 29. num. 12. in fine, ubi de legato facto pro maritandis puellis puperibus Capuae; Capon. discept. 1. 15. tom. 2. Moron. resp. 4. num. 1. & 60. Amostaz. lib. 4. de caus. pils cap. 6. n. 17. cum pluribus ibi citatis.

96 Et si a tali beneficio, seu legato excludantur expresse cives ex privilegio, isti ad illud non possunt admitti, per dicta supra num. 91. ad 94. Et decretum allatum n. 90. intelligendum est de civibus ex privilegio, qui non sunt expresse exclusi, seu de habitibus tale privilegium a Summo Pontifice de plenitudine potestatis derogante expresse similis dispositioni. Non censetur tamen exclusi cives nati extra civitatem originariam occasionaliter, per dicta supra n. 48. & sequenti. n. 52. & 72. Nec nati in civitate & alibi necessarii, & vel occasione domicilium habentes, per dicta supra n. 73. Beneficium, seu legatum ad quod vocantur cives naturales, & originarii alicujus loci, debetur solum natis in tali loco non casu, ubi per transitum, sed quando pater domicilium ibi habuit, aut est locus, ubi pater natus est, per dicta supra n. 70. & 71. Et solum in istorum defectum deberetur natis ibi casu, aut per transitum, ut a fortiori id debent tenere Doctores citati supra n. 69. & patet a pari ex dictis sub verb. Legatum n. 74. 75. & 76.

101 Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur naturales alicujus loci, potest conferri non solum illius loci originarii, seu oriundi, sed etiam illis, qui per decennium ibidem domicilium habent, licet aliunde originem traxerint, dummodo tamen habeant animum ibi commorandi cum retentione domus, & supportatione onerum civicorum, nam talis decennalis habitatio facit quemquam naturalem illius loci; leg. Nec ipsi 2. & leg. Civ. ves 7. cod. de incolis, Rota part. 2. divers. dec. 159. n. 2. Gregorius in leg. 32. tit. 2. part. 3. gloss. diez años, Diana part. 4. tract. 4. res. 140. vers. Nota quinto, Sanchez de matr. lib. 3. disp. 23. num. 2. & lib. 4. cap. 2. dubit. 12. Amostaz. de causis pils lib. 4. cap. 6. num. 58. Ursaya tom. 9. part. 2. disc. 50. per tot. & signanter a n. 60. ubi innumerat ad id assert. Doctores.

102 Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur patricii alicujus loci, potest conferri non solum patriciis originariis, sed etiam domiciliariis. Patria enim est duplex, una originis, altera domicilii, ut notant communiter Doctores allegati, & secuti ab Ursaya cit. discept. 50. a numero 57. Unde cum quis per decennalem habitationem cum retentione domus, & supportatione onerum civicorum, & animo morandi in perpetuum in aliquo loco reddatur verus patricius illius loci, per text. in cit. leg. Nec ipsi 2. & leg. Cives 7. de incolis, debet admitti in tale beneficium, seu legatum, ad quod vocantur patricii. Vide dicta supra n. 53. & sequenti.

104 In dictis tamen, & similibus dispositionibus est serio, attente, & caute investiganda voluntas disponentis, seu erigentis, vel relinquents, idque perpendendum ex verbis ipsis vocantis, & qualitibus vocatorum: Potest enim testator vocare naturales intelligendo non solum domiciliarios, sed etiam oriundos alicujus civitatis, vel oppidi, prout quando est sermo de naturalibus alicujus regni, in quo non domiciliarii tantum intelliguntur, sed etiam qui ibidem originem habent. Gregorius in leg. 2. tit. 24. part. 4. gloss. 14. Salced. ad Bernard. capit. 54. num. 23. Bolanus in Curia tom. 2. l. 1. cap. 1. n. 37. Sanchez consil. 1. l. 2. cap. 1. dub. 9. Amostaz. loc. citat. num. 61. Et aliter potest naturales vocare intelligendo de iis, qui solum sunt domiciliarii, quamvis originem non habeant, ut sunt, qui decennalem habitationem habent in aliquo loco cum retentione domus, supportatione onerum civicorum, & animo ibidem perpetuo permanendi. Item vocando originarios potest testator intelligere non solum de iis, qui nati sunt in loco, ubi parentes domicilium constituunt, sed etiam de iis, qui nati sunt per transitum, seu casu in loco, ubi eorum parentes non habent domicilium, sed tamquam peregrini per transitum, aut casu ibi reperiebantur.

In his casibus, si testator sub nomine naturalium voluerit solos originarios intelligere, non debent admitti comiciarii, quia exclusi censentur. Castrens. ad partit. consil. 21. num. 5. Menoch. l. 6. praesumpt. 30. n. 22. Gail. lib. 2. observ. num. 6. Barb. in leg. Haeres absens, §. Proinde, ff. de iudicis de for. orig. n. 58. Amostaz. loc. cit. num. 61. & alii passim. Et si voluerit comprehendere etiam domiciliarios, etiam isti, quamvis originem non habeant, sunt admittendi per text. in cit. leg. Nec ipsi 2. & leg. Cives 7. cod. de incolis, & dicta supra num. 53. & sequenti.

Si vocando originarios voluerit testator intelligere solum de illis, qui nati sunt in loco, ubi eorum parentes habent domicilium constitutum; non debent admitti qui nati sunt per transitum, seu casu in loco, ubi eorum parentes non habent domicilium, sed tamquam peregrini per transitum, aut casu ibi reperiebantur, per text. in leg. Filius 3. cod. de municip. & originarius, & dicta supra num. 70. & 71. Si autem voluerit comprehendere etiam eos, qui nati sunt per transitum, aut casu in loco, ubi parentes non habent domicilium; etiam isti veniunt admittendi per text. in leg. Municipem 2. ff. ad municip. & in leg. 7. cod. de incolis, & dicta supra n. 69. & seq.

Cum hoc tamen ordine, quod habeant omnes qualitates volitas a testatore, praefereudi sunt habitibus solum aliquas ex ipsis; unde qui sunt naturales, & domiciliarii, praefereudi sunt pure domiciliariis, & pure naturalibus: & qui sunt originarii nati in loco, ubi eorum parentes habent domicilium, praefereudi sunt originariis natis in loco, ubi eorum parentes non habent dictum domicilium, & sic de similibus. Hoc enim est magis conformē testatoris voluntati, quae tamquam lex est omnino servanda per text. in cap. Ultima voluntas 4. caus. 13. quest. 2. leg. In conditionibus, & demonstrationibus, leg. Cum quest. 23. in fin. cod. de Legatis, & dicta supra n. 93. & sequenti. & n. 100.

Jus civitatis differt a Jure civilitatis. Illud regit latere est potestas dandi; seu concedendi a pago, vel alio loco civitatem, id quod ad regalia majestatis, vel majora principis reservata referunt; leg. 1. cod. de Metrop. Beryt. Stephan. de jurisdic. l. 1. part. 1. cap. 1. membror. 2. num. 114. Linnaeus de jur. publ. 2. cap. n. 128. Hoc autem est jus recipiendi cives, quibus dari solet facultas, seu potestas utendi, fruendi commodis, libertatibus, & privilegiis civitatis; Besold. Thesaur. pract. voce Stadt. Knipsch. de jur. civit. imper. l. 1. cap. 29. numer. 1. & 2. Minimeque de re regalibus; Mavus ad Jus Lubicense part. 1. tit. 2. a. n. 59. & 60.

Civilitas, ut tradit Auctor, acquiritur vel origine, vel domicilio, vel electione. De civilitate, quae origine acquiritur, vulgo dicitur, non matris, sed patris spectandam originem; leg. 1. §. 2. ff. ad municip. leg. Filios, cod. de municip. & origin. At intellige id procedere, si de civilitate quaestio sit, ut quis particeps esse possit commodorum, onerum omnium à jure ipsi civilitati annexorum. Ceterum si de civilitate disseratur, ut admitti quis possit ad commoda ab homine relicta civibus alicujus loci, filius non solum patris, sed & matris sequitur originem; Escobar de pontific. & reg. jurisdic. in stud. capit. 1. num. 53. ad plur. sequenti. & rursus cap. 2. a numero 16. Mendo de Jure academic. lib. 2. quest. 18. numer. 186. & plur. sequenti. Quinimo id ipsum obtinere, si quis non per matrem, sed per aviam, vel proaviam originem ducat à loco de quo agitur, tenent idem Auctores, prior dec. cap. 2. num. 17. & plur. sequenti. posterior dict. quest. 18. n. 181. & plur. seq.

De eo quaeri solet, num natus ante cooptionem patris in civium numerum pro cive originario haberi debeat. Tractant de hac quaestione Besold. Politic. l. 1. c. 16. num. 8. Wurser. in Fascicul. Jur. public. exercit. 2. thes. 15. Carpov. Jurisprud. forens. part. 2. cap. 10. de fin. 32. Lyser. de Jur. civil. §. 10. qui ultimus allegato loco pro affirmativa est, & haec ita se habere concludit; per leg. 2. ff. Decurion. nisi tamen specialiter alicujus civitatis statuto aliud sit introductum.

Quid requiratur ad domicilii constitutionem, explicat, & quidem recte Strykius Dissertat. jurid. l. 9. disp. 10.

cap. 3. §. 6. & plur. sequenti. Confer etiam de domicilio Voet. in Commentar. ad Pandect. leg. 5. tit. 1. num. 91. & plur. seq.

121 Novi domicilii ratio an habeatur, si in fraudem ea mutatio facta sit? Consule Argent. ad consuetud. Britann. art. 9. num. 5. Anton. Febr. in cod. leg. 9. tit. 30. definit. 10. n. 2. Larea dec. 94. num. 7. Ganaver. dec. 6. num. 7. 9. 28. 35. & 48.

122 Quod demum attinet ad affectionem, multum interest, utrum quis recipiatur in numerum civium decreto decurionum, an rescripto principis? Priori casu non aliter gaudet commodis ceterorum civium, quam si & onera eorumdem subeat. Posteriori vero casu gaudere valet commodis ceterorum civium, quin dicta onera subeat, modo princeps sciverit eum non esse subiturum ipsorum onera: idque quia videtur princeps in hoc casu jus civilitatis concessisse sine oneribus illis; Boss. de princ. n. 361. Campell. ad constit. Ducat. Urbini. decret. 23. n. 308.

123 De commodis, & oneribus civilitati à Jure annexis ad Strykius Juridic. dissertat. tom. 9. dissertat. 10. cap. 4. per tot.

124 Tum de modis, quibus amittitur civitas, vide eundem Strykius Juridic. dissertat. tom. 7. disp. 24. fere per tot. egregie aequae ac late disserentem.

(Naturalitatis jura concedere quod regio dyademati inhæreat, à legib. 14. 15. 16. 17. & 20. tit. 3. lib. 1. Recop. Castell. 20. tit. 6. lib. 1. Ord. Reg. satis demonstratur: alienigenas obtinere reipublice officia non valere, per leg. 1. tit. 7. lib. 4. Ord. Reg. 1. tit. 5. lib. 6. 1. 2. & 28. tit. 3. lib. 7. Recop. Castell. esserit; iis, ceterisque, quæ in addit. bisp. hic subnectuntur, presentibus, de reliquis precedenti tempore animadversis sermo erit, nihilominus quod aliquid ex nostris legibus ab Auctore prænoteretur.

Bis quintuplex naturalitas consideratur: una est, nimirum nativitas, quae quidem omnibus praefertur: (Ad rem leg. 1. tit. 20. part. 2. tit. 25. part. 4.) altera, ex vasalligio proveniens: (in tit. 26. ejusd. proxim.) nutrimentum, & educatio tertium locum tenet, illic naturalis intelligitur, ubi nutritus, etsi alio natus: (consonat lex 1. titul. 20. partit. 3.) æquitatis, seu militiae adscriptus subsequitur: quæ per matrimonium acquiritur, quintum locum occupat, nam mulier nupta ejusdem oppidi, cujus maritus, est incolæ: ubi quis laeum, majoremque patriam fortunatam suarum constituit, naturalitatem habebit: septima vero, si à captivitate, morte, seu dedecore quemquam liberaveris: octava, per spontaneam absque alicujus receptione manumissionem: nona, per conversionem ad fidem: decima, & ultima, ob incolarum per decennium: supradicta à leg. 2. tit. 24. p. 4. confirmantur: ita ut, quamvis in leg. 32. tit. 2. part. 3. ut cognoscatur ante quem Judicem conveniendus sit reus, casus quatuordecim numerentur, inter eos non omittitur decem; quorum mentio jam est facta, referre; videatur etiam circa hasce decisiones gloss. D. Greg. Lop.)

CLAUSURA.

CLAUSURA, vide verb. Conventus art. 3. & verb. Moniales art. 3.

CLAUSURA monasteriorum quorumcumque virorum regularium asseritur, sublata quibuslibet dispensandi facultate; Benedic. XIV. tom. 1. constit. 30. incip. Regularis disciplinae. Revocat quaecumque indulta, & privilegia admittendi feminas intra clausuram conventuum quascumque de causa, etiam devotionis, associandi processiones, & sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ibid.

§. 4. Prohibet quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus sub pena nullitatis, & sub ecclesiasticis censuris, Papæ (excepto mortis articulo) reservatis, ne facultates, & licentias ingrediendi clausuram conventuum Religiosorum feminis ullo modo concedant; idem ibid. §. 4. & 5. Vide verb. Conventus art. 3. num. 36. ubi alia necessaria ad rem.

Clausura monialium constabatur ab eodem Pontifice constit. 21. incip. Cum sacrum: in qua monialibus Portugallia, & Algarbiorum monasteria rigorosam clausuram professis, & extra illam degentibus, injungitur redditus ad claustra, & egressus impostorum prohibetur, sublata quibuscumque facultate impostorum indulgendi egressum è monasteriis; ex constit. 40. incip. Salutare: in qua universaliter de clausura monialium confirmantur sanctiones ecclesiasticæ antea editæ, ac revocantur facultates extraordinarie permitendi ingressum & egressum è monasteriis, Et prohibetur quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus, ne facultates, & licentiæ ingrediendi clausuram monialium ullo modo concedant sub pena nullitatis, & sub ecclesiasticis censuris Papæ (excepto articulo mortis) reservatis; vide verb. Moniales art. 3. n. 99. ubi alia necessaria ad rem. Insuper super monialium clausura constitutiones apostolicæ, & conciliares innovantur, & ordo praescribitur pro introductione mulierum in monasteria, ab eodem Pontifice 1. 2. constit. 27. incip. Per binas, de quibus sub verb. Educandæ, & famulæ, infra:

Clausuram monialium violantes ad malum finem, quicumque sint, comprehendunt etiam ipsi monialibus in casibus publicis, non potest Cardin. Major Penitentiarius absolvere, nec mandare absolvi, nisi pro ipsis Episcopi, seu Ordinarii supplicaverint, & casus in Sacra Congregatione Episcop. & Regular. deducti non fuerint; idem constit. 95. incip. Pastor bonus, §. 38.

Episcopo licitum est ad impartendam benedictionem moniali in mortis articulo constituta monasterium intrare; idem tom. 2. constit. 34. incip. Pia mater. Sed ad hunc effectum intra monasterii septa esse conferens, comites habere debet ordinarium Confessarium dicti monasterii, aliumque Sacerdotem ipsis arbitrio eligendum; idem ibid.

\*\*\* Clausura monialium vigore Concilii Tridentini Episcopi cura subjicitur, ita ut in cujusque Ordinis moniales, etiam eas quæ à Regularibus reguntur, & aliæ sunt exemptæ, is solus auctoritatem habeat in his quæ clausuram concernunt; uti etiam expressit Pius V. in Bulla, Curâ pastoralis.

Hujus clausuræ modus, & effectus est, ut monialibus post professionem egressum non liceat monasterii sui claustra, sive interiora septa, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata, indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus, uti loquitur Conc. Trident.

Licet Synodus Tridentina non expresserit quæ sit ad id censenda justa causa, eamque Episcopo judicio permisisse videatur; tamen Pius V. nullo alio prætextu egressum permitti voluit, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemici morbis.

Crédit nihilominus Barbosa post alios ab ipso citatos quod non obstante restrictione Pii V. Moniales possunt exire è monasterio etiam ex alia causa usis in ipsa Pii V. Bulla nominatim non expressis: v. gr. tempore belli, cum periculum imminet invasionis à militibus, multaque incommoda sustinendi, nisi se in locum tutum recipiant.

Alter effectus clausuræ monialium est, prohibitus quatumcumque personarum extranearum ad moniales accessus.

Ita ut nullus monasteria monialium intrare possit sine licentia in scriptis obtenta; quemadmodum decretum fuit à Synodo Tridentina.

Dare autem Episcopatum debere in casibus necessariis hujusmodi licentiam patet ex eodem decreto.

Hæc autem necessitas ingrediendi à Tridentino requisita sic recepta est, ut etiam ipsi Prælati tam Seculares, quam Regulares, quibus cura & regimen monasteriorum incumbit, auctoritate sibi ex officio attributa uti non possint, nisi in casibus necessariis; quæ facultate si forte uti aliquando contigerit, à paucis isque senioribus ac religiosis personis comitati ipsa monasteria ingredi studeant; quemadmodum præscripsisse videtur Gregorius XIII. in Bulla, quæ incip. Dubis.

Casus necessarii, quibus Episcopus licet ingressum personarum secularium permittere, intelliguntur respectu

tu monasterii, non autem respectu ingredientis; uti sa-  
pius declarasse Sacram Congregationem testatur Fagnanus  
ad cap. Cum virum, tit. de Regularibus, n. 20.

18 Clausuram monialium ita servari jussurunt plerumque  
Synodi, ut nec Præfectum monialium sive Cappellanum,  
aut alium Sacerdotem ingredi patiantur eam ecclesiam  
partem ubi ipsæ psallunt, nequidem prætextu ibidem  
celebrandi vel concionandi.

19 Neque in vestitionum aut professionum solemnitatibus  
licitus esse potest ingressus ad moniales; & id tam  
viris, quam mulieribus etiam illustribus; sed omnes per  
cancellos ipsis colloqui debent.

20 Excipiuntur tamen, cum ibi necessitas exigat, perso-  
næ necessariæ, utpote Confessarius, cum ad ægrotan-  
tium monialium, quæ ad confessionale accedere non possunt,  
confessiones audiendas, aut sanctissimum Eucharistiam  
vel Extremæ Unctionis sacramentum ipsis deferendum,  
& similia charitatis officia iisdem ægrotis imper-  
tenda, erit admittendus; item Medicus, Chirurgus, Ba-  
julius vini aut cerevisiæ, faber, & similes personæ, quas  
omnes duæ antiquiores sandimoniales semper comitari  
tenentur.

21 Episcopum posse prohibere, ne quis sine sua aut  
Commissarii sui licentia ad monasteria monialium etiam  
colloquendi causa accedat, docet Fagn. ad cap. Quam-  
tum, tit. de privilegiis, n. 11.

CLERICUS.

ARTICULUS PRIMUS.

Quoad ea, quæ concernunt Clerici nomen, habitum,  
& tonsuram.

SUMMARIUM.

- 1 **C**lerici nomen unde veniat; quare tales sic dicantur: nomen eorum quod modis sumitur: qui sub prædicto nomine veniant, ad n. 22.
  - 23 **Q**ualiter se gerere debent in habitibus, & coronæ decoratione: que requiruntur ut Clericus fori gaudeat privilegio, & quibus vestimentis induendus, ad num. 44.
  - 45 **T**onsura unde originem traxerit: ex quo tempore in usu fuit: Tonsura qua forma antiquitus, & hodie fit: mystica ejus significatio: quibus penis afficiantur habitum, & tonsuram non deferentes, ad n. 63.
  - 64 **S**ubnectuntur Additiones ex aliena manu, ad numer. 76.
- C**lerici nomen venit à verbo græco *Cleros*, quod latine *sors*, seu *hereditas* dicitur; cap. Cleros 1. dist. 21. ibi: *Cleros, & Clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias sorte electus est, quem primum per Apostolos legitimus ordinatum; Cleros enim græce sors latine, vel hereditas dicitur.* Et ideo dicuntur Clerici, quia sunt de sorte Domini, & Domini partem habent; cit. cap. Cleros, ibi: *Propterea ergo dicitur Clerici, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent.* Hinc Clerici describuntur, quod sint homines christiani, qui à negotiis, curisque secularibus remoti, servitio, & cultui divino specialiter sunt deputati; cit. cap. Cleros, ibi: *Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deserviunt; & cap. Duo sunt genera 7. caus. 12. quest. 1. ibi: Duo sunt genera christianorum, vest autem unum genus, quod mancipatum divino officio, & deditur contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare convenit, ut sunt Clerici. ... Cleros enim græce latine sors; inde hujusmodi homines vocantur Clerici, id est, sorte electi. ... Aliud vero genus est christianorum, ut sunt laici; Laos enim bilinguè, est populus latine &c.* Clericorum nomen bifariam potest sumi; scilicet large, seu generaliter; & strictè, seu specialiter, magisque proprie. Clericorum nomine large, seu generaliter capto in materia favorabili veniunt omnes omnino Clerici, sive sint primæ tonsuræ;

cap. Cleros 1. dec. 21. cap. Cum contigat 11. de etate, & qualitate præficendorum. Sive in minoribus, & majoribus ordinibus sint constituti; dist. cap. Cleros, & cap. Clericum 2. dist. 72. Sive etiam sint Canonici ecclesiarum cathedralium, & collegiarum; c. Cum tibi 18. de verb. signific. ibi: *Appellatio Clericorum non solum alios, sed etiam Canonicos comprehendit, & capit. Per exceptionem 9. de privileg. in 6. ibi: Si autem Clerici cujuscumque ecclesie eximantur; tunc tam Canonici, quam alii Clerici eximuntur.* Sive sint in quacumque dignitate constituti, etiamsi sint Episcopi; cap. Si quis suadente diabolo 29. caus. 17. quest. 4. Et Abbas in cap. Cum tibi 18. de verb. signific. num. 4. & in rubrica de vita, & honestate Clericorum num. 8. & 9. Barbosa l. 1. jur. eccles. univ. cap. 39. num. 4. & alii passim. Sive etiam sint Cardinales; cap. Ex gestis 1. de Clericis non residentibus. Barbosa loc. cit. & alii passim. (Consonat lex 1. tit. 6. part. 1.)

Clericorum nomine sequioribus seculis donatos fuisse, nedum illos, qui ecclesie ministerio erant adscripti, verum etiam eos omnes, qui studiis disciplinisque liberalibus perdiscendis vacabant, illorum temporum scriptores passim ostendunt. Oedericus Vitalis, Angelus, qui seculo XII. floruit, histor. eccles. lib. 3. Rodolphus autem, inquit, Quintus Frater, Clericus cognominatus est, quia peritiam literarum, aliarumque artium apprime imbutus est. Willelmus Gemeticensis lib. 3. cap. 10. Cognomento Clericus, quia copiose literatus erat. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 5. §. 4. *Impossibile est aliquem Clericum nominare, nisi sit doctus.* Histor. Episcop. Eystetensium in Bavaria: *Iste Joannes Episcopus. ... Magnus Clericus in jure canonico fuit.* Hinc apud Gallos idem sonabat vox *Clerc*, *Clericus*, ac vir doctus, & *Clergie*, *Clericatus*, ac doctrina, & scientia. Loca congressus Ducum gloss. med. & infr. latin. verb. Clericus. In de Regis Consiliarii Clerici dicebantur. Clerici quoque nomine Regis Consiliarii, inquit Matthæus Parisius ad annum 1250. Ea de causa in epitaphio Guillelmi Ambianensis Episcopi apud Morerium legitur.

Clericus Angelici fuit hic Regis Ludovici. Idem mos, eademque consuetudo apud Italos invaluerat. Sic Chronicon Andreæ: *Aliquibus Romanis annitentibus, Hispanum quemdam, Burdunum nomine, tatis Clericum, ei fecit subordinari.* De Stephano de Vicomercato in Chronico. Medional. Ordine Prædicat. apud Muratorium (Rerum Italia. script. tom. 3. pag. 60.) dicitur: *Hic fuit in seculo valde honorabilis Clericus, Joannes Villanius lib. 4. hist. cap. 3. scriptum reliquit, post Hugonem Clapetram regnasse Robertum filium, fuisseque magnum Clericum in scriptura.* Ex quibus aliisque, quæ adduci possent, monumentis, evidenter deducitur XIII. seculo, & sequentibus, ad restaurationem usque literarum, in more fuisse positum, ut viri literati Clerici compellerentur. Hæc jam à pluribus eruditissimis viris fuerunt observata, & illustrata, præsertim à Clariss. Vir. Liberato Fasonio Schol. Piar. in questione, cui titulus: *De viro Laico cum hæreticis disputante* habita in regia Calaritana Academia ann. 1765. impressa Liburnii apud Marcum Cotellini, à qua hæc excerptimus.

Immo in materia favorabili veniunt etiam monachi, quinimmo & moniales; dist. cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4. ubi Clerici, & monachi in materia favorabili, totumque statum ecclesiasticum respiciente equiparantur. Et licet ibi facta non sit mentio expressa de monialibus, nihilominus canonem illum comprehendere etiam moniales fuit postea declaratum; in cap. De monialibus 33. de sentent. excommunicat. Et quantum ad hoc etiam conversi, & converse; dist. capit. Monialibus 33. de sentent. excommunicat. & capit. Non dubium; cod. tit. Etiam novitii, & novitiae; cap. Religiosos, de sentent. excommunicat. in 6. Item tertiarii, & tertiariæ mendicantium in congregatione, & communitate viventes, ex constit. Leonis X. incip. Dum intra 2. edita 1. Martii 1518. in Concil. Lateran. sess. 11. Item moniales tertiariæ in propriis domibus viventes, virginalem, & cœlibem vitam ducentes ex voto castitatis Ordinarii licentia emisso, ex eadem constit. Leonis X. in-

15 **i**ncip. Dum intra 2. Item Eremitæ habitum eremiticum ex legitima facultate deferentes, & sub speciali obedientia Episcopi, vel alterius Prælati alicui ecclesie, vel eximitorio in communitate, vel separatim deservientes, isti censentur personæ ecclesiasticæ. Sic Gloss. in c. Qui vixit 12. caus. 6. q. 1. verb. Vero, assensens quod tales eremitæ gaudent privilegio Clericorum, licet non remittant propriis; Fagnanus, in c. Nullus, n. 61. de for. competenti. post Card. in Clement. Per literas, n. 9. de præbend. Innocent. in c. Cum monasterium 12. de elect. dicens, quod licet eremita possit habere proprium, quia non abrenuntiant, tamen ecclesiasticæ personæ sunt. Anaclet. l. 3. decret. tit. 1. sess. 1. de vita, & honest. Cleric. & multi alii. Item omnes illi, qui assumpto habitu religioso, monialium servituti sunt addicti, & pro illis elemosinas querunt, & prope monasterium earum more degunt.

17 Sic etiam laici, qui habitu clericali incedunt, & inseruiunt Congregationi Presbyterorum, qui collegialiter sub certo superiore modo religioso vivunt. Sic Antonell. n. 22. Mathæus Officialis Civis, quoad excommunicationem Canonis n. 16. Felix Potestas de Ministr. sacrament. Pœnitent. c. 5. n. 3560. & alii. Et colligitur ex c. Duo sunt genera 7. caus. 12. q. 1. ubi illud christianorum genus reputatur inter Clericos, quod mancipatum divino officio, & deditur contemplationi, & orationi ab omni strepitu temporalium cessare convenit, ut sunt Clerici, & Deo devoti, videlicet conventi. Item equites S. Joannis Hierosolymitani, vulgo dicti *Cavalieri di Malta*, ipsi enim emittunt tria vota substantialia à Sede apostolica approbata, & sunt vere religiosi, & si se invicem percutiant, Pontifex eis concedit, ut ab excommunicatione, hæc de causa incurra, absolvi possint ab eorum Priore Sacerdote; c. Canonica 5. de sentent. excomm.

19 Clericorum nomine strictè, seu specialiter in materia odiosa, cum scilicet agitur de damno, vel incommodo Clericis inferendo, veniunt dumtaxat soli inferiores Clerici seculares; non autem Canonici, Abbates, alique in dignitate ecclesiastica constituti, nisi secus exprimat; vel aliunde de opposito constet; arg. reg. 15. juris in 6. Oïia restringi, & favores convenit ampliari, & reg. 49. etiam in 6. In panis benignior interpretatio est faciendâ; & tenent Fagnanus, in c. Bonæ memorie de postulat. Prælat. n. 12. Bell. dist. Cler. part. 1. §. 2. n. 4. 5. & seq. Cardin. Tusch. lit. C. concil. 337. n. 4. & seq. Barb. l. 1. juris eccles. cap. 39. n. 6. & seq. & alii passim. Sic nomine Clericorum in odiosis non veniunt Episcopi, Joannes superiores, & multo minus Sac. Roman. Eccles. Cardinales; arg. c. Sedes apostolica 15. de rescriptis; c. Periculosum 4. de sentent. excommunicat. in 6. (Tametsi regulæ præcedentes suum valorem obtineant; lit. C. pag. 33. prop. med. ad n. 29. atque prout in communi Clerici nomen tam majores quam minores, leg. 1. & seq. tit. 6. part. 1. comprehendat: nulli etiam dubium occurrit inter Clericos, qui aliquam religionem profitentur, numerari: Proœmio tit. 7. partit. 1. 3. tit. 10. partit. 2. ad rem, vide verb. Eremita.)

21 Nec veniunt Canonici, alique in dignitate ecclesiastica constituti; arg. cit. cap. Sedes apostolica 15. de rescriptis; ubi dicitur, quod majores, & minores personæ sub generali clausula non intelligantur includi; & cap. Statutum 22. de election. in 6. Fagnanus in cit. cap. Bonæ memorie num. 12. Abbas ad rubr. tit. 1. de vita, & honest. Cler. num. 12. Barb. loc. cit. num. 6. & alii passim.

22 Sic etiam nomine Clericorum in odiosis veniunt monachi, seu regulares utriusque sexus, nisi istud exprimat, vel ex subjecta materia, aliisque circumstantiis secus appareat; arg. cap. A Subdiacono 5. distinct. 93. Abbas in cap. Non amplius num. 3. Fagnanus ibid. n. 7. de instit. Barb. l. cit. n. 9. Roman. cons. 219. & 418. Bellet. loc. cit. ad §. 2. num. 26. & colligitur etiam ex cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4. & cap. Super specula 10. Ne Clerici, vel monachi, aliisque consimilibus canonicis, ubi Clerici, & monachi ponuntur tamquam quid diversum. (Vide verb. Censura, & excommunicatio.)

23 Habitum, & tonsuram clericalem deferre tenentur Clerici in sacris Ordinibus constituti; & etiam Clerici

inferiores, si beneficium ecclesiasticum habeant; c. Clericus 8. dist. 41. cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Clericor. Clement. Quoniam 2. de vita, & honestate Cleric. Et Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 6. de reformat. ibi: *«Etsi habitus non faciat monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant? Immo 24 Clerici in sacris, seu Beneficiati habitum ordinis, & dignitati convenientem non deferentes, subjiciuntur gravissimis penis. Si enim postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem non detulerint, sunt in primis puniendi per suspensionem ab officio, & beneficio, & si semel moniti de novo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum puniri possunt, ac debent. Conc. Trident. loc. cit. ibi: «Propterea omnes ecclesiasticæ personæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proveniunt ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti, de novo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi coerceri possunt, & debeant, constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, quæ incip. innovando, & ampliando. Quinimmo post Concilium Tridentinum 25 fuit edita à Sixto V. constit. incip. Cum sacrosanctum, sub dat. 5. Idus Januarii. 1588. in qua statuit, quod Clerici Beneficiati non deferentes habitum, & tonsuram clericalem ipso facto, absque ulla monitione, citatione, aut Judicis decreto, ipsis beneficiis privati dicantur, adeo ut ipsa beneficia vacent, & uti vacantia aliis libere conferri valeant, quoties clericalem habitum non deferant; Loter. de re benefice. lib. 3. quest. 16. n. 92. Monacell. tom. 2. tit. 15. form. 4. num. 2. & Benedicis XIV. instit. eccles. 71. n. 12. Rota cor. Caccia, & decis. 1290. n. 1. & cor. Molin. in Barb. beneficiorum 15. Aprilis 1704. §. Aretius, in quibus decisionibus firmatur, quod non juvet allegare non usum dictæ constitutionis Sixtinæ, quoniam Garzias de benefice. part. 7. cap. 7. n. 23. Barb. sup. Concil. cap. 6. sess. 14. de reform. n. 4. Cordiat. de cit. 110. num. 13. id tenentes fuerunt reprobat. (Vide addit. hispan. supra hoc verb. præcipue vers. Perneccesse: Tales conjugati: Qui:)*

Clerici vero in prima tonsura, aut etiam in minoribus ordinibus constituti, & beneficia ecclesiastica, seu Jus ad illa nondum habentes, non tenentur deferre habitum, & tonsuram clericalem, nisi causative, quatenus velint gaudere privilegiis clericilibus, ut notant Abbas, & alii in cap. fin. de Cleric. conjugat. Riccius dicit. cur. Archiepisc. Neapolit. 162. n. 2. part. 2. Genuens. prax. cur. Archiep. Neap. cap. 45. n. 1. secund. Impres. Neapol. 1601. pag. 280. & alii communiter; & clare deducitur ex dist. Clement. Quoniam 2. de vita, & honestate Clericor. ex Conc. Trident. loc. cit. & ex dist. constit. Sixti V. incip. Cum sacrosanctum: quia dum ibi imponunt Clericis obligationem deferendi habitum, & tonsuram clericalem, expresse loquuntur de Clericis in sacris, vel beneficiis ecclesiasticis, aut saltem Jus ad illa habentibus. Notanter tamen dicitur, Clericos Minoristas non Beneficiatos non teneri deferre habitum, & tonsuram clericalem, nisi causative, quatenus velint gaudere privilegiis clericilibus; quia Clerici in prima tonsura, aut etiam in primis minoribus ordinibus constituti, non gaudent privilegio fori, nisi habeant aliquam ex tribus illis conditionibus, quas requirit Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 6. de reform. ibi: *«Is etiam scilicet prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui ecclesie ex manda-*